

Latin Translation: A Vote for Latin

By HARRY MOUNT

Published: December 3, 2007

Primum, duces nostros linguam Latinam non iam studere triste non videtur.

Sed reipublicae artem - quae principes iuvenes educationem praeparationem pro curriculo considerare excitat — cum rhetorica exigua, moribus infirmis, grammatica inepta et rationis historicae metu congruissse fors non est; aeterna de quibus Romani nos multum docere possunt. Romani ipsi dicunt,

Roma urbs aeterna; Latina lingua aeterna.*

Nemo principes candidati praefecti Latinae linguae periti sunt. Hillary Clintonae scientiae politicae Wellesleiae studuit; Barackus Obamae Columbiae. Rudius Giuliani linguam per quattuor annos theologiae ad Episcopi Loughlin Memorem Scholam Altam Brooklyn attigit, quando se pontificem futurum esse consideravit. Sed tum quod studuit? Scientiae politicae.

Quam res post Patres Fundantes mutaverunt! Ex VII libris in Thomae Jeffersoni bibliotheca in Monticello, soli XXIV domi manent. Posteriores alteros vendiderunt, Bibliotheca Concilii emptos. Lectissimus liber, iam in pluteo vitreo in Jeffersoni bibliotheca, Aeneis a Virgilio est.

Jeffersonus, novem annos natus, linguas Latinam et Graecam ad scholam in Virginia pontifice Caledonio administratam docere coepit. Liber grammaticus Graecus iuxta eum ad Collegium Williami Mariaeque Williamiburgi semper erat. Tacitus Homerisque carissimi erant.

Jeffersonus optimam scholae altae educationem lingua in Latina, Graeca et Gallica, cum grammaticis thematibus lectionibusque, libris translatis in linguam Anglicam, et recordatione locorum famosorum esse consideravit.

Quando Jeffersonus Virginiae Universitatem (ad regulam Romanam aedificatam) in MDCCCXIX aperuit, solis magistris aeternis peritis ut historiam Graecam Romanamque doceant usus est.

Praefecti linguam Latinam plus quam CL annos didicerunt. XXXI ex XL praefecti post Jeffersonum linguam Latinam didicerunt, quorum multi ad regulam altam.

Jacobus Polkus ad Boreae Carolinae Universitatem in MDCCCXVIII in mathematica aeternisque triumphavit. Jacobus Garfieldus linguas Graecam Latinamque ex MDCCCLVI ad MDCCCLVII ad (iam appellatum) Hiram Collegium, Ohio. Eduardus Rooseveltus aeterna Harvardi didicit.

JFK non ad unam, sed ad tres scholas praeparantes, linguam Latinam didicit. Nixonus lingua Latina peritissimus erat, secundus ad Whittioris Scholam Whittiori in California in MCMXXX. Georgius Bushus Senior linguam Latinam ad Academiam Philliporum Andoveri didicit, et in fraternitate erat - Auctoritas, Unitas, Veritas.

Williamus Clintonus, qui linguae Latinae per quattuor annos ad Fontium Caldorum Scholam Aquam in Arkansa studuit, De Bello Gallico ab Iulio Caesare amavit.

Patrem sequens, Georgius W Bushus linguam Latinam ad Academiam Philliporum didicit (dicta: Non sibi et Finis Origine Pendet).

Sed Praefectus Bush per eruditionis Americanae altae ultimos annos forte didicit. Post Andoverum in MCMLXIV reliquit, linguae Latinae studia in America conlapsa sunt. In MCMV, LVI per centum scholarum altarum Americanarum discipulos Americanam linguam Latinam didicerunt. In MCMLXXVII, soli VI discipuli linguae Latini Nationis inquisitionem perferunt.

Lingua Latina nuper renata est. In MMV, CXXXIVDCCCLXXIII linguae Latini Nationis inquisitionem perferunt.

Cur bonum est? Non omnes Romani virtutis exemplares erant — Caligulae lingua Latinae bona erat. Non omnes CXXXIVDCCCLXXIII pueri Jeffersoni erunt.

Sed praeterita, quae ad huius temporis aspectum ampliorem opulentiorque ducunt, adspicere poterunt. Si linguam Latinam scis, tabulatum Romanum sub orbis terrarum Occidentis cutem vides. Si linguam Latinam parvam scis, litterarum Occidentum D annos (et mille annos orationis Latinae poeticaeque) aperis.

Cur non linguam Latinam in lingua Anglica legas? Quod in Virgilii Aeneido Latino, qui in translatione praeclara Roberti Fagli (MMVI) non est?

Etiam si translatio praeclara est, similis soni linguae Latinae locutae sonare nunquam potest. Audire poeticam Latinam leve celeriterque locutam audire linguam mellitam volubilemque, opulentum, stillatum, fabulantem, purum, fervidum progenitorem linguae Italianae.

Etiam, translationes ex lingua Latina in Anglicam, et vice versa, modi mirabiles mentis docendae sunt. Translationem ex lingua Latina breve accurataque in Anglicam expandentem vagamque similem concertinae aperiendae esse reor; maximam cogitationem et interpretationem in translationem infundere licet.

Concertina aperienda vim ingenii amplificat. Claudienda, ex lingua Latina in Anglicam translatio, orationem acuit.

Quod lingua Latina mortua est, non mutans similis linguarum vivarum, spatium magnum in translatione non est.

Sic te falsum, non ambiguum, esse veri simile est, si quod verbum separatum significat aut quomodo regula grammatica curritur non accurate intelleges. Rigor ille vos optime docet quomodo Scyllam Charybdemque orationis Anglicae belle navigas.

Cum historia Romana et lingua Latina parva, plura passim vides: non solum in litteris linguaque, sed in architecturae foederatae stirpibus aeternis, per Europam Occidentem et tum

per Americam Christi in itinere, et administrationis senatoriae formula Americana. Tabula infinita est.

Scriptor Alanus Hollinghurstus historiae conversiones scientes, qui orbem terrarum similem lineae cubiculorum aspicere possunt, describit: Graecia Romae cedit... Roma Imperio Byzantino Renato Imperio Britannico Americae.... Linguam Latinam parvam scire invitatio ad cubiculum maximum in aedificio, cum prospectu praeter aevorum sequentium lineam, est.

Invitationem aetatibus in omnibus habere potes. Alfredus Maximus, in novem cento anni Angliae rex, triginta annos natus, qui linguam Latinam gravem esse ut princeps humanus sit scivit, linguam didicit. Novum saeculum discipulorum — praefectorumque — simile Alfredi cognoscere spero: **“Roma urbs aeterna; Latina lingua aeterna.”*

Henricus Mons Carpe Diem — Linguam Latinam Parvam Tua in Vita Pone scripsit.

Quelle: http://www.nytimes.com/2007/12/03/opinion/03mount-latin.html?_r=3&oref=slogin&oref=slogin&oref=slogin